



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

De Ecclesiae Cameracensis initijs, & B. Amandi apostolatu. Cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

CHRONICA

candum verbum vite Atrebatenſi vrbi dirigitur,
quam gubernauit annis quadraginta

*Sic Goro-
pius Lotha-
rii appellat
alio
qui Lotha-
rius ut Lo-
theringia.*

Childebertus Clodouei filius cum † Clotario
fratre regnat annis quadraginta quinque, mori-
tur anno quingentesimo sexagesimo. Clotarius
solus regnat annis quinque, moritur anno quin-
gentesimo sexagesimo quinto.

Sub his in Traiecto ad Mosam claret S. Do-
mitianus episcopus, qui aliquot Galliarum syno-
dis interfuit.

Et in Nouiomo S. Medardus, qui ex Augusta
Veromanduorum, à Wandalis & Hunnis euersa,
sedem episcopalem Nouiomum transtulit, & à
morte sancti Eleutherij, simul cum dicta, admini-
stravit Tornacensem ecclesiam. Vnde ab eo tem-
pore Tornacum proprio episcopo caruit, usque
ad tempora Eugenij tertij. Obiit autem Medar-
dus circa annum quingentesimum quinquagesi-
num, postquam Flandrensum gentem ferocem,
per quindecim annorum spatium, ad diuinum
cultum informasset.

Flandri

Chilpericus Clotharij filius regnat annis vi-
ginti, moritur anno quingentesimo octuagesimo
sesto. Sub quo claret Traiecti sanctus Monulphus
episcopus, qui prædiorum suorum, inter quæ Dio-
natum, beatum Seruatium scripsit hæredem.

*De Ecclesiæ Cameracensis initijs, & B. Amandi
apostolatu,*

C A P. VI.

Clotarius secundus, Chilperici filius, regnat
annis quadraginta quatuor, moritur anno
sexcentesimo trigesimo.

Sub

Sūb eo moritur, anno quingentesimo nonagesimo quarto, sanctus Gaugericus episcopus Cameracensis, qui episcopatū functus est annis fere quadraginta, sede episcopali ex Atrebato in Cameracum iam pridem translata.^a Fuit in bonis operibus, & fidei prædicatione indefessus.

Eodem regnante, clarent Traiecti ad Mosam sancti episcopi Gondulphus & Perpetuus. Quibus Placentius adiecit Euergillum.^b

Sanctus verò Amandus, Aquitanorum ducis filius, ex Bituricensi monasterio, Apostolorum limina Romæ visit, vbi à diuō Petro admoneatur, ut in Gallias prædicandi causa remeat, quas statim pòst miraculorum & prædicationis gloria illustrabat.^c

a. Potius, Atrebatenſi ecclēſia Cameracenſi unita.

b. Atrebatenſis ecclēſia & Cameracenſis unitæ fuc-
runt à tempore s. Vedasti cui succēſſit Dominicus, huic B.
Vedulfus, qui ſedem episcopalem Atrebato Cameracum
tranſtulit. Ei ſuccēſſit s. Gaugericus. Videatur Balderi-
cus in chron. Camer. & Attreb. lib. I. c. 12.

c. Non fuit Tungrenſis episcopus, ſed Colonienſis,
ſuprà c. 3. in fine.

De incremento Ecclēſiae Traiecti ad Moſam.

C A P V T VII.

D Agobertus Clotarij filius regnat annis de-
decim, moritur anno ſexcentesimo quadra-
gesimo ſexto.

Clodoueus ſecundus, ciuiſ filius, regnat annis
ſeptendecim, moritur anno ſexcentesimo ſexa-
gesimo ſexto, ſancto Sigeberto fratre eius regnan-
te in Austrasia.

Clotarius tertius, Clodouei filius regnat an-

N n 3 nis tri-